

## Band X., Nr. 4626, Seite 312-314

*Die Richter von Worms beurkunden die Schenkung des Patronatrechts der Pfarrkirche in Güglingen durch Rudolf von Neuffen und seine Frau Elisabet von Strahlenberg an das Kloster zum Hl. Grab in Speyer.*

Güglingen, 1295. März 4.

In nomine domini. Amen.<sup>1</sup> Nos iudices Wormatienses constare cupimus presentium inspectoribus universis, quod nobilis vir Rüdolfus de Nyphen et venerabilis matrona Elisabet de Stralenberc coniux eius coram Nycholao<sup>2</sup> clerico tabellione nostro iurato et specialiter in hoc casu et ad hoc a nobis suppliciter requisitis provide destinato ac si in nostra presentia in figura iudicii constituti tradiderunt donaverunt et se donasse ac tradidisse recognitione publica confessi sunt, sponte et libere pure et simpliciter gratuito tytulo propter deum donatione inter vivos facta gratuite religiosis viris fratri Johanni priori et conventui domus sancti sepulcri extra muros Spirenses et eorum successoribus ibidem degentibus in perpetuum ius patronatus ecclesie in Gugelingen Wormatiensis dyocesis cum omnibus suis attinentiis iusto proprietatis tytulo ad se spectans manunque coadunata seu communicata predictum ius patronatus cum dote decimis et aliis attinentiis ecclesie in Gugelingen universis in predictorum religiosorum possessionem proprietatem adque dominium transtulerunt, fratre Johanne cellerario domus sancti sepulcri predictae de manu dictorum coniugum hanc donationem publice recipiente et gratuite vice et nomine sui collegii<sup>3</sup> acceptante. Insuper nobilis matrona domina Elizabeht prenotate renuntiavit libere publice et expresse omni iuri quod ex donatione propter nuptias seu ratione dotis profectitie vel adventitie in predicto iure patronatus ac eius attinentiis memoratis vel ex alia causa quacunque sibi vel suis heredibus competebat, seu<sup>4</sup> competere videbatur corporali super hac renuntiatione legitime prestito iuramento, sub eiusdem iuramenti attestatione ac debito repromittens firmiter et districte se nunquam repetere bona predicta ratione dotis vel donationis propter nuptias sibi facte vel quacunque alia ratione predictam donationem aliquo modo revocare nec etiam occasione supervenientium liberorum. Preter hec nobilis matrona Mehthildis relicta quondam nobilis Gotfridi de Nyphen mater Rüdolfi donatoris prefati, et honesta matrona Maria filia ipsius Mehthildis prescripte sororque<sup>5</sup>

<sup>1</sup>In B fehlt die invocatio.

<sup>2</sup>B: Nycholao.

<sup>3</sup>Die Worte vice-collegii fehlen B.

<sup>4</sup>B: vel.

<sup>5</sup>B: soror ohne que.

## II

eiusdem Rūdolfi coniux nobilis viri Wlrici de Magenhein una cum ipso Ūlrico nobile de Magenhein constitute similiter in figura iudicii coram Nycolao nostro tabellione prescripto ad hoc a nobis ut prediximus destinato loco nostri renuntiaverunt libere et expresse omni iuri, quod eis vel eorum alicui communiter vel divisim vel eorum liberis seu heredibus quibuscumque ex quacumque causa in predicto iure patronatus ecclesie in Gugelingen antedictae vel eius attinentiis quibuscumque posset competere vel quocumque iure competere videretur, donatione consimili inter vivos facta omne ius, quod eis vel eorum alicui in predicto iure patronatus et<sup>6</sup> eius attinentiis quibuscumque competere poterat aut debebat, in eosdem religiosos libere et irrevocabiliter gratuite transferentes ob sepulcri dominici gloriam et honorem. Renuntiaverunt autem omnes persone prescripte coram nostro tabellione predicto in loco nostro constituto super premissa donatione seu renuntiatione facta ab eis gratuite ut est dictum exceptioni doli mali in factum actioni beneficio fori cuiuscumque omnique iuris auxilio canonici vel civilis consuetudinarii vel statuti publici vel privati<sup>7</sup> cunctisque iuris clausulis et auxiliis quibuscumque, quibus contra premissam donationem iuvari possent aliqua ratione, promittentes firmiter<sup>8</sup>, quod nunquam in perpetuum contra donationem prescriptam venirent vel ad eam irritandam<sup>9</sup> aequaliter laborarent in iudicio vel extra per se vel per alios directe vel indirecte vel prefatos religiosos domus sancti sepulcri Spirensis in quieta possessione iuris patronatus sepedicti aut usu libero bonorum seu proventuum quorumcumque ad ecclesiam in Gugelingen de iure spectantium occulte vel publice perturbarent seu aequaliter impedirent. Facta est<sup>10</sup> hec donatio et renuntiatio sub forma prescripta in strata publica in Gugelingen, anno domini MCC nonagesimo quinto, feria VI. ante dominicam qua cantatur Oculi mei<sup>11</sup>, presentibus testibus subnotatis, videlicet magistro Lucelmanno prebendario maioris ecclesie Wormatiensis publico imperiali<sup>12</sup> auctoritate notario, nobili viro Walthero de Wissenloch et nobili viro Eberhardo dicto Bosse, Cūnrado dicto Spete plebano in Gugelingen; Rūdolfo plebano in Wiler, fratre Liutrammo monacho in Userstal Cisterciensis ordinis<sup>13</sup>, Hainrico dicto Ostendorf, Heinrico dicto Liutenbach advocato in Gugelingen, Berhtoldo dicto Sevilinger armigeris, Berhtoldo sculteto de

---

<sup>6</sup>B: et.

<sup>7</sup>B fehlt publici vel privati.

<sup>8</sup>B: firmiter promittentes.

<sup>9</sup>B fügt bei: seu revocandum.

<sup>10</sup>B: donatio hec; hec am Rande nachgetragen.

<sup>11</sup>B fehlt mei.

<sup>12</sup>B: auctoritate imperiali.

<sup>13</sup>Dieser Zeuge fehlt B.

### III

Phaffenhoven<sup>14</sup>, Heinrico dicto Rossehübet de Bunnankeim, Bertholdo sartore genero sculteti predicti, Cûnrado dicto Rote et aliis pluribus fide dignis. Nos itaque iudices Wormatienses ad preces predictorum nobilium donatonun nec non religiosorum virorum prioris et fratrum domus sancti sepulcri predicte sigillum curie Wormatiensis appendimus huic carte ad robur et testimonium ac perpetuam firmitatem omnium precriptorum. Nos quoque nobiles viri Rûdolfus de Nyphen prescriptus et Wlricus de Magenheim pro nobis et nobilibus ac<sup>15</sup> honestis matronis El. et Mar.<sup>16</sup> nostris coniugibus prenotatis una cum ipsis recognoscentes et publice profitentes omnia prescripta prout narrata sunt a nobis voluntarie legitime adque gratuite esse facta sigilla nostra una cum sigillo venerabilium iudicum Wormatiensium appendimus istis scriptis.

Actum et datum anno et die prenotatis.

Et ego Lucelmannus quondam Lufriדי apothecarii de Wormatia publicus auctoritate imperiali notarius donationi renuntiationi et abiurationi prenotatis interfui easque vidi et audivi ac manu propria subscripsi nec non presens instrumentum mei nominis signo quo utor signavi rogatus in evidentiam et testimonium premissorum.

—

Textabdruck folgt den Originalen (italienisches Perg.).

Zwei Exemplare. Je drei Siegel, die ersten beiden an roter, das dritte bei A an grüner, bei B an gelber Seide, alle an B besser erhalten. 1) spitzoval, 45, 35 mm., Brustbild eines Bischofs mit Stab und Buch; Umschrift: + . S . IVDICVM . CVRI . . . WORMAC. 2) Rudolfs von Neuffen, s. o. S. 306. 3) Ulrichs von Magenheim, s. WUB, Bd. VIII, S. 149, Nr. 2843.

---

<sup>14</sup>B: Phaffenhoven.

<sup>15</sup>B fehlt nobilibus ac.

<sup>16</sup>B: E. et M.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

A 601 U 99 und U 100

**Überlieferung und Textkritik:**

2 Exemplare.

**Regesten:**

Crusius: Annales Suevici, 3, 3, 12, S. 180.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Güglingen

**Ortsindex:**

Altwiesloch Wohnplatz (6615)

Altwiesloch, Wiesloch, HD

Bönnigheim Wohnplatz (892)

Bönnigheim, LB

Eußerthal, SÜW

Güglingen Wohnplatz (1957)

Güglingen, HN

Magenheim Wohnplatz (1899)

Magenheim, Cleebronn, HN

Pfaffenhofen Wohnplatz (2168)

Pfaffenhofen, HN

Ruine Hohenneuffen Wohnplatz (408)

Ruine Hohenneuffen, Neuffen, ES

Schriesheim HD

Schriesheim Gemeinde (6509)

Speyer, SP

Weiler an der Zaber Wohnplatz (2171)

Weiler an der Zaber, Pfaffenhofen, HN

Worms, WO